



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

I. Necessitas agendi de depositione Episcoporum, quòd ea materia  
indilgenter admodum tractata sit, quamvis magni momenti esse videatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**



# LIBER SEPTIMVS.

## CAPVT PRIMVM.

### Synopsis.

I. Necessitas agendi de depositione Episcoporum, quid ea materia indiligerenter admodum tractata sit, quamvis magni momenti esse videatur.

II. Episcopos vetus Ecclesia instituit in principaliis urbibus uniuscujusque regionis. Rerum omnium confirmatione tributa Episcopo metropoleo, ita tamen ut eas componearet cum consilio coepiscoporum suorum. Itaque judicia ecclesiastica uniuscujusque provincie, suprema auctoritatis erant, nec ab eis provocare licebat.

III. Illustris hujus instituti exemplum extat apud Cyprianum in causa quorundam Clericorum Africorum. Causa illuc audiatur debet ubi crimen est admissum, quid illic commodiū haberi possint & accusatores & testes.

IV. In causa Basiliis & Martialis Episcoporum Hispani consultus Cyprianus respondit obtinere debere sententiam Synodi provincie Baetica, qua Episcopos illos deposuerat, & alios in eorum locum

I. **N**TER varias ac multiplices difficultates quae in explicanda veteri Ecclesiae disciplina occurunt nulla indiligiens tractata est quam ea quae de Episcoporum depositione agit, cùm tamen illa vel inter præcipuas referenda sit. Nam hinc Innocentij III. effatum, qui scribit materiam hanc jure divino sedi apostolicae reservatam esse, obstat ne Canonici Iuris interpretes, iisque qui ætate nostra de fidei controversiis tractant, ad contrarias se cogitationes convertant. Illinc vero laici non accedunt ad investigationem rerum in hac materia definitarum, quod illas nullius sint usus in foro. Attamen multum refert altius scrutari quae fuerit veteris Ecclesiae praxis; ut noscamus quænam jurisdictio sit competens ad castiganda Episcoporum peccata, quæ ali-

substituerat, neque habendam rationem communionis illis à Stephano impensa.

V. At in causa Marciani Episcopi Arelatenensis, hereticos jam damnatae sectatoris, scribit Cyprianus eum sententiam accipere debere, non dicere, ac propterea deponendum. Egregia regula à Cypriano profista, si quis heresim facere & gregem Christi lacerare tentaverit.

VI. Magnifica sunt Cypriani verba ad Stephanum Papam scribentie. Refelluntur Novatores, qui ea in diversum trahunt. Notatur illustrissimus Cardinalis Perronius, qui ex hoc Cypriani loco colligit ius deponendi Episcopos pertinere ad solum Pontificem Romanum.

VII. Necessaria fuit illa loci Cypriani explicatio, ut & nostrorum & adversariorum sententia de hoc loco relatis ad veritatem redigi posset. Referuntur deinde Cypriani verba.

quo modo impunita dimittuntur ob confusione hujus controversiæ.

II. Verum ut melius intelligere possimus ordinem jurisdictiois episcopalis, necesse est ut in anteceßum statuamus Ecclesia in initio se ad civilem Romani Imperij dispositionem accommodasse, Episcoposque propterea constituisse in principalibus urbibus uniuscujusque regionis, primum vero locum & rerum omnium confirmationem tribuisse Episcopo metropoleo provinciae cum consilio collegarum suorum. Ordinationes itaque Episcoporum & judicia ecclesiastica fiebant à synodo cuiusque provinciae cum auctoritate Metropolitanæ, adeo ut non licet provocare à judicio lato in synodo provinciae.

III. Illustris hujus instituti exemplum extat apud Cyprianum, qui Episcopus Carthaginensis erat, & caput provinciae Africae.